

XXXVIII OLIMPIADA JĘZYKA ŁACIŃSKIEGO 2019/2020 – I ETAP**Przetłumacz na język polski podany niżej tekst łaciński**

Dzieciństwo Triptolemosa

Ceres, Proserpinam filiam suam quaerens, devenit ad Eleusinum regem, cuius uxor puerum Triptolemum pepererat. Ceres se nutricem lactantem esse simulavit. Regina, nutrice filii sui carens, libenter eam recepit. Dea, alumnum suum immortalem reddere volens, interdiu lacte divino puerum alebat, noctu autem clam in ignem eum demittebat. Itaque puer citius, quam solebant mortales, crescebat, quod parentibus mirum videbatur. Quadam nocte rex nutricem Triptolemum in ignem missuram videns valde expavit. Ceres irata Eleusinum regem exanimavit, at Triptolemo alumno suo aeternum beneficium tribuit. Nam currum draconibus iunctum ei tradidit, quo vehens orbem terrarum frugibus obsevit.

(według: Hyginus, Fab.147)

Objaśnienia:

Ceres, Cereris – Cerera

Proserpina, Proserpinae – Prozerpina

Eleusinus, a, um - eleuzyjski

Triptolemus, Triptolemi – Triptolemos, syn Keleosa, króla Eleusis.

pepererat - patrz: pario

nutrix lactans – mamka karmiąca

missuram – *participium futuri activi* od mitto, ere – tłumacz: mającą (zamiar) wrzucić

expavit - patrz: expavesco

obsevit – patrz: obsero, ere